

2. Ignoscentiam Agell. lib. 7. cap. 3. quæ eorum, qui aliorum errato ignoscunt, ut Romani qui libentius injuriam acceptam ignoscere quam persequi maluerunt *Salust. de bell. catili.*

XXXI. IV. accedit δ'ε'ν'ο'τ'η'ε solertia quæ naturalis quædam vis est, intelligendi & agendi ea quæ pertinent ad scopum propositum nobis consequendum, non malis sed bonis modis, unde etiam, quæ magnam cum prudentia dicitur habere affinitatem siquidem absq; ea prudentia non perfecte comparatur, interim tamen differunt *Reck. lib. 1. Syst. Eth. c. 3 p. 149. & seqq.* 1. Origine quam Solertia habet naturam, Prudentia vero experientiam 2. subjecto quod illa habet, tam hominē malum, quam bonum, quia solertia etiam in homine malo mala esse potest, hæc vero tantum bonum, in malo enim non invenitur *Mag. d. l. p. 629. Giph. d. l. p. 518. Thom. d. l. lect. 10. p. 112. Col. 2.*

XXXII. Quatuor has administras ut discernamus, sciendum consultationem & solertiam medium spectare, sed illam diu, hanc citò discutere, Sagacitatem vero & sententiam judicium: sed illam veluti proponere: hanc vero perficere & absolvere *Casus in spec. mor. d. l. p. 435.*

cap. 12. XXXIII. His annumerari possent ex *Jovian. Pontan lib. 4. de prudentia c. 2. & seqq.* aliæ viginti, quæ tamen cum prudentiæ potius sint officia quædam, quam Comites, hic omittimus, & ad *Pontannum* remittimus & *Thomam* secunda secunda quæst. 48. & seq. ubi ex *Platone* & *Macrobio* sex recenset & *Francisc. Patricium* qui lib. 6. tit. 8. & novem seqq. de reg. & Reg. instit: eleganter novem recenset.

XXXIV. III. VSVM & utilitatem tam sapientiæ quam Prudentiæ quæ magna est, sunt enim I. perfectiones animi quia utramq; partem animi perficiunt, tam illam quæ in contemplatione, tam hanc quæ in actione cernitur *Casus in spec. moral. p. 437.* 2. quia utramq; ad beatitudinem consequendam conferunt, illa ad theoreticam: hæc ad practicam: ut medicina sanum: ita prudentia felicem, etiam ut sanitas ipsa sanum: ita sapientia beatum efficit *Andreas Hypper. lib. 6. Eth. c. 12. 3.* quia nulla virtus moralis absq; prudentia consistit, per illam enim rectam rationem qua virtus definitur cognoscimus *Riccob. d. l. p. 673.*

35. Dis